

IN VIA LATINA CORNELIUS DE EQUO CADIT

In via Latina Cornelius equo vehitur.

Dum errat, lupus eum petit et Cornelii equus, qui lupum timet, currit perterritus, itaque Cornelius de equo cadit sub arborem malorum; is pulsat arborem atque mala de arbore cadunt in Cornelii caput, itaque Cornelius iratus clamat: “O, stultum equum!”

Cornelius se movere non potest, non modo quia crassus est, sed etiam quia pedes eius aegri sunt.

Iam in via Latina Horatius adest, Cornelii amicus, qui eum dicere audit se habere stultum equum.

Horatius ad Cornelium accurrit.

Is, cum Cornelium in terra videt, ridet.

Horatius ipse, qui parvum cerebrum habet et stultus est, Cornelium malo pulsat, dum dicit: “Quam pulchrum est hoc malum...est tam pulchrum quam equus tuus!” Cornelius respondet: “Nec pulcher nec probus est equus meus...sed stultus ut amicus meus Horatius!” Horatius iratus se vertit ac revenit ad villam suam.

Cornelius putat se habere magnum cerebrum, nec se esse ut Horatium, qui cerebrum non habet.

Sed iam fessus est et dormire vult ...

Cornelius dormit, sed ecce malum de arbore in eius caput rursus cadit.

Iam Cornelius non dormit sed clamat: “O, stultum malum!”

Chiara Fiscone